

1725.
Sept. 14

ЮННАВ НА АСНОКЪЮ

Свѣдѣніе пономѣ

Въ 1725 году, въ 14 Сентября, пономѣ

Свѣдѣніе пономѣ, что въ 1725 году, въ 14 Сентября, пономѣ

Школы Копенгагенской, въ 1725 году, въ 14 Сентября, пономѣ

Его Величества, Императора Всероссийскаго, пономѣ

Директору Школы

Въ 1725 году, въ 14 Сентября, пономѣ

ЮННАВ НА АСНОКЪЮ

ДИ. ГИВОРІІ А ГІМЕ

Въ 1725 году, въ 14 Сентября, пономѣ

Директору Школы

ЮННАВ НА АСНОКЪЮ

ΕΥΦΗΜΙΣΜΟΣ

Honoribus Consularibus

VIRI Magnifici, Prænobilissimi atque Consultissimi

DN. LIBORII A LINE,

JCTI EXCELLENTISSIMI,

Cum Is

Post gestam feliciter per annos triginta

Dignitatem Senatoriam

Et administrata, summa cum laude, gravissima pulcherrimâque Reipubl. munera

Illustris Reipubl. Patriæ **CONSUL** designaretur,

Quòdque felix faustumque sit! publicè solennitèrque introduceretur

Anno MDCCXXV. Die XIV. Septembr.

Qui ipse dies, non sine omine, in Fastis notabatur,

Cum Idem in Senatum ante Iustra sex primùm reciperetur,

Dictus

Scholæ Bremensis nomine

à

JOHANNE HAVIGHORSTIO,

Prof. Publ. Biblioth. & Pædagog.



Leverat creptum tristi sibi funere

Brems

queis ædific. viciis & ripis
Vifurgis

Insonuit latè, trepidisque ehor-

rui undis.

Nàmque ea sollicitos afflixerat anxia Cives

Cura, quis Atlanti posset succedere fesso

Alcides, lapsisque iterum succurrere rebus.

In placido residet jam quanta modestia vultu

Cum gravitate parl. nec feda superbia mores

Non ceterum jam nota aut vixit unior

Imbuit ardent. doctasque fideliter artes

Tradidit. & Themis ipsa tuas longo ordine Leges.

Quis tua concordēs cœant in læcœra gentes.

Intense aut subeant sevi discrimina Martis.

Addidit & Pitho facundæ monera linguae.

Et blandis penitus visa est hæsisse labellis.

In nova nunc ergo prorumpit gaudia Pindus.

In nova nunc ergo prorumpit gaudia Sororum

Cum Idem in Senatum ante Iustitiam, in Fastis notabatur,
dicitur
Scholæ Bremensis nomine
JOHANNES HAVIGHORSTIO.

Prof. Publ. Biblioth. & Pædagog.

Undique queis æther, vicini & ripa
Visurgis
Infonuit latè, trepidisque cohorrui-
ruit undis.

Námque ea sollicitos afflixerat anxia Cives
Cura, quis Atlanti posset succedere fesso
Alcides, lapsisque iterum succurrere rebus.
Convenere Patres, queis est Respublica curæ
Consilia & promunt alacres, mens omnibus una,
Designare Virum, tutò cui Patria fasces
Tradere, & in tanto rerum discrimine clavum
Audeat. Occulto hic prorsus ceu Numine pleni
LINIADEM pariter, votisque ardentibus omnes
Exposcunt alacres, toto applaudente Senatu,
Protinus æthereis delapsa per aëra pennis
Fama volat velox, totámque vagata per Urbem,
Fascibus ornatum, sellæ impositumque curuli
LINIADEM promulgat ovans, mox clamor ad auras
Tollitur, & lætis sonat undique plausibus æther
Gratantum, læta & sibi prospera quæque precantum,
Maxima námque novi tenet admiratio cunctos
Consulis, & plures virtus spectata per annos.
Quantus gentis honos, quam clarum nomen Avorum?

Nam tenerum jam Musa diu virtutis amore
Imbuit ardenti, doctasque fideliter artes
Tradidit, & Themis ipsa suas longo ordine Leges,
Queis sua concordēs coëant in fœdera gentes,
Inferæ aut subeant sævi discrimina Martis,
Addidit & Pitho facundæ munera linguæ,
Et blandis penitus visa est hæsisse labellis.
In nova nunc ergo prorumpit gaudia Pindus,
Lætæque doctarum jam turba novena Sororum
Offert vota Tibi Consul: Te Consule Brema
Floreat alma diu, capiant nova commoda Cives,
Sint procul armorum strepitus, atque horrida belli
In patriam nunquam tempestas sæviat Urbem.
Te Duce Relligio, Piëtas, & candida Virtus
Emergant ultro, fugiant fraudésque doli que,
Tempora & antiquum mutentur rursus in aurum,
Te Duce perpetuo noster nova gaudia Pindus
Sentiat, & largè manent Aganippidos undæ.
Per mare, per terras atque omnia littora circum
Felici vigeant semper commercia quæstu.
Interea sit salva Domus, dudumque superstes
Incolumis, Consul, videas in pace Nepotes,
Felicemque Tuo semper moderamine Bremam.

BREMÆ,

Typis HERMANNI CHRISTOPHORI JANI, illustris Gymnasii Typographi.

